17

adhuc fluctuantem prosequere vt vis·
Tercium est pie deuotōis sincere affectio·
quod notat᷑ ibi·Et illic lude· Per ludū ani
me accipio tripudiū ⁊ gaudiū quo delecta
tur anima in actu deuotionis·Et qm̄ istud
festum est singulariter deuotorū beate vir
ginis· Jdō nulli celebrare cōueīt nisi sit eiꝰ
deuotus· Unde dicit Anshel in legenda·
Non est verus amator v̄ginis qui respuit
colere diem eius conceptionis·De hoc lu=
do moraliza si vis historiā qualiter dauid
lusit coram dn̄o·ı·reg·vı·Et sic patꝫ quot
sint illa que requirunt᷑ in celebraturo hoc
festum et in quocūqꝫ ista nō sunt istud ce
lebrare conuenienter nō pōt· Et sic patet
primū principale· D ¶ Secundo indicit
celebrationis actū et exerciciū cum addit·
Age conceptiones tuas·Et bene dicit cō=
ceptiones in plurali ꝓpter quadruplicē cō=
ceptionē virginis p̄dictā· Que et si omnes
peragi nō debent veneratione principali·
omnes tn̄ paguntur colligantia et supposi
tione naturali inquantū vltima p̄supponit
omnes alias·Gratia em̄ p̄supponit naturā
Dicit em̄ tuas· ꝓpter singularis deuotionis
attributionē quasi hoc festū sit ipsius cele
brantis peculiare· E ¶ Et notandum ꝙ
istud festū est singulari deuotione peragen=
dum ꝓpter quattuor p̄cipuas vtilitates·
Primo quia hoc festū deuote peragentibus
a beata virgine ī omni sua necessitate sub
uenitur·Exemplū de abbate a piculo nau
fragij liberato·Quod etiā psuaderi potest
ratione·Licet em̄ beata virgo omnibꝰ eaꝫ
in suis necessitatibus inuocantibus miseri=
corditer subueniat· Juxta illud·Bern̄·Si=
leat misericordiā tuā ⁊ p̄cipue tn̄ subuenit
hanc festiuitatē deuote celebranti· Nā cū
ipsa virgo in conceptione sua quā colimus
a maxima necessitate sua in qua ī tota vi
ta sua fuerit liberata·fuerit scꝫ ab origina
li culpa qua piculū maius sue salutis nūꝙ̄
ei imminebat p̄sumendū est ꝙ deuote illā
liberationē celebrationē huiꝰ festi recolen
tes in omni sua necessitate a piculo libe=
rent᷑·q·d·Oro te mater misericordie vt si=
cut tu in hac sanctissima conceptione tua
a maxia tua necessitate liberata es·sic me
libera ⁊c̄·¶ Secundo quia talis ab honore
et gradu suo nunꝙ̄ deponet᷑ et hoc est qđ
dicit anshel·in legenda·Quisquis p̄sul aut
abbas aut p̄latus es recole diligēter hāc
festiuitatē et cunctis iube eandē coli·quia
si eam toto corde amaueris nūꝙ̄ a gradu
tuo depositus eris· Jn memetipso ꝓbaui·
quod dico·Hec anshelmus·Quod etiā per
suaderi pōt rōne·quia em̄ virgo gloriosa in

ipsa conceptione singulariter a deo hono
rata est·quia singulari modo in vtero san=
ctificata·dicente bern̄· Puto ꝙ copiosior
gratia sanctificationis in ipam virginem
descendit q̇ nō solū ortū eius sanctificauit·
sed eū a peccato custodiuit immunē qđ so
li virgini fuit singulare·Hoc em̄ non fecit
sanctificatio iohannis baptiste·nec hiere=
mie·Quia igit᷑ virgo nūc primū suū hono=
rem et singularem recepit· congruū est ꝙ
hoc deuote recolens in suo honore conser
uetur· ¶ Tercia qꝛ fetus in vtero p̄gnanti
um custodit·Quod patet·quia em̄ virgo in
vtero sue matris nō solū est in naturalibꝰ
illesa custodita·sed etiā gratuitis insignita
⁊c̄·¶ Quarto quia talis in exitu aīe a bea=
ta virgine nunꝙ̄ deseret᷑· Exemplū in cle=
rico de adulterio reuertente in secana sub
merso·Quod etiā sic psuaderi pōt· Cōgrua
est em̄ recompensatio vt qui honorat bea
tam virginē recolendo suū initiū quo ince=
pit esse p coniūctionē anime et corpis ho
noretur iugiter ab ea ī suo fine et exitu qn̄
anima sepatur a corpe·q·d· O virgo glo=
riosa ⁊c̄·Et hoc de secūdo principali· ¶ Ter
cio p̄figit nobis celebratōis motiuū p̄cipu
um quod esse debet nō lucri temporalis ac
quisitio·sicut clerici celebrantes·Propt que
stum oblationū nō nouitatis inductione si
cut quidā delectant᷑ inducere nouitates
non false deuotōis simulatione·vt scꝫ cre=
datur esse deuotus virginis nō proprie vti
litatis cōsideratione vt si cōsequat᷑ quat=
tuor vtilitates p̄dictas·Hoc em̄ licet ma=
lum nō sit impfectōnis·tn̄ est hoc principa
liter intendere·sed principale motiuū de=
bet esse laus diuina quod notat᷑ cū dicit᷑·
Et in his omnibus ⁊c̄·

·xj· ¶ Sermo secundus·

GAude et letare spon
quia ecce ego venio
et habitabo ī medio
tui·zacharie·ij·¶ A
Filia spon est beata
Anna mater domīe
nostre q̄ merito lau=
dare et letari iubet᷑
in conceptione tāte
prolis·Nam spon interp̄tat᷑ semen eiꝰ·me
dium sui in quo deꝰ habitaturū se spopon=
dit est beata virgo in vtero eius cōcepta·
Est aūt mediū duplex vt dicit᷑ secundo ce
li et mūdi·c· de terra· Mediū nature sicut
cor in homīe et mediū magnitudinis sicut
vmbilicꝰ vtroqꝫ modo beata virgo mediū

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0031
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt